



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Ordo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Secundò, Notarius an possit corrigere errorem suum in pertinentibus ad partes, vel ad substantiam contractus, respondetur quod sic in continenti, non ex intervallo, Bart. in l. si faciat, ver. quandoque est, ff. de reg. jr. Felin. in c. litteris, ver. 2. num. 2. de fide instrum.

NUNTII.

PRimò, Nuntii Apostolici an possint cognoscere de causis personarum, etiam ecclesiasticarum, Episcopis subjectarum? Respondetur, quod non nisi Episcopo prius requisito, eoque negligente, & quod dixi de Nuntiis, idem de Legatis etiam à latere, & Gubernatoribus ecclesiasticis debet intelligi, sac. Concil. Trident. sess. 24. ca. 20. §. Legati quoque, de refor. & quomodo possint procedere contra Clericos damnatos, vel cum damnatis conversantes, vide Bullam Sixti V. quæ accumulativè de hac materia edita est.

Secundò, Nuntiis, seu Juratis Curiam creditur, quando referunt se citasse de commiss. Judicis de stylo Rot. fecus de jure. Felin. in cap. 1. num. 13. vers. 4. conclu. de judic. Caputaq. dec. 245. p. 2. & decis. 266.

Tertiò, Nuntii Apostolici, & alii non possunt à principibus, ad quos mittuntur procurare favores, aut uti illis ad obtinendas dignitates. Pius IV. Bulla 124. quæ incipit, Et si Romanum.

OBLATI.

PRimò, oblati, Conversi, & Monachi, qui dicantur, & discrimen inter

eos, vide Panor. in cap. non est, num. 2. de Regular. & oblati perpetuò alicui Ecclesie sunt exempti, sicut & conversi, quia sunt assumpti ad sortem Domini, capit. qui sunt. 2. quæst. 1. Innoc. in cap. recepimus, num. 3. de privileg. & oblati dicuntur, qui se, & sua bona, nihilo sibi retento, monasterio obtulerunt, licet habitum regularem, ut conversi, non recipiant, Nav. conf. 94. de regul.

Secundò, isti vocantur etiam Conversi, sed an admittantur ad electionem Prælatorum, vel an vovent continentiam, vide Gemin. in capit. ex eo. §. in Ecclesie, vers. quid de conversis, de elec. lib. 6. quod non.

ORD O.

SUMMARIO N.

1. In ordinibus ecclesiasticis requiritur primò ætas.
 2. Idoneitas scientiarum persona, & naturalium.
 3. Series sive gradus successorius.
 4. Tempus, & ubi.
 5. An ordinatus non servatis interstitiis, sine dispensatione sit suspensus vel irregularis.
 6. An surdus omninò possit promoveri ad presbyterium.
 7. An requiratur tactus in ipsa ordinatione, id est, ut ordinatus in quolibet ordine opus sit, ut tangat vasa, libros, & alia instrumenta, quæ tangenda porriguntur in quolibet ordine.
- C**irca Primum, in prima consura, & aliis tribus minoribus requiritur ætas septem

septem annorum completorum, *cap. in singulis, 77. distinct. Sylvest. in ver. etas, num. 2.* in Acolytatu etas duodecim annorum completorum, *d. cap. in singulis.* in Subdiaconatu etas viginti duorum annorum, in Diaconatu vigintitrium, in Presbyteratu vigintiquinque, quos sufficit fuisse inchoatos, *Navar. ca. 25. num. 1. 6. Sylvest. loc. cit. num. 4. glos. in Clem. unica, in ver. in decima octava, de etat. & quali.* & si quis promoveretur ante istas etates, esset suspensus ipso jure ab executione ordinis, & si interim exercet, esset irregularis, patet per omnes Scribentes, & vide *sup. in ver. dimissoria, ad quartum, Reb. ut. de clar. ad sac. ord. mi. prom. glos. 2. num. 1. & 2. capitul. fin. de tem. ordinat. lib. 6.*

Ad Secundum, in prima tonsura requiruntur quatuor. Primum, ut sciat rudimenta fidei, i. Doctrinā Christianam, & ea, quæ sunt necessaria ad salutem: Secundum, legere, & scribere. Tertium, conjectura probabilis, ne faciat hoc initiandus causa vitandi iudicii secularis. Quartum, quod sit confirmatus, & de hoc Episcopi debent habere fidem authenticam, vel à compatrinis, vel à parochio. *Conc. Trid. sess. 23. cap. 4. de reform. sed non requiritur, ut sit legitimus, Nav. ca. 25. nu. 108. licet Reb. in for. ut. prima, tons. nu. 11. dicat, quod debet esse legitimus, & Catechesis Neapolitana lib. 1. cap. 7. num. 1. & Vinc. de Fran. decis. 189. n. 12. & qui non haberet ista requisita, esset irregularis, Navar. cap. 27. nu. 205. Vide Anch. in ca. nullus, nu. 2. de etat. & qual. lib. 6. ubi dicit, Episcopum non posse dispensare cum penitus*

illiterato ad primam tonsuram, & hanc primam tonsuram potest Episcopus conferre subditis suis, etiam si esset extra suam jurisdictionem, etiam sine consensu Episcopi territorii, cum sit jurisdictionis voluntaria. *Rebuff. loc. cit. nu. 12. & Cov. lib. 3. cap. 20. num. 9. licet habeat difficultatem per cap. de reformat. Conc. Trid. sess. 6.*

Ad Tertium, ad minores ordines promovendi ista debent observare. Primum, afferre Episcopo suo testimonium sui parochi de bonitate morum, & testimonium magistri scholæ, in qua erudiuntur, quatenus vacent literis Grammaticalibus, ibique sint assidui, *ead. sess. ca. 5.*

Secundò, isti minores ordines non debent dari omnes simul, nisi aliud videbitur Episcopo magis expedire, sed per temporum interstitia, *ead. sess. cap. 2. & qui eos reciperet, vel omnes simul, vel duos, vel tres absque Episcopi dispensatione, esset suspensus ab executione, & si exerceret, esset irregularis, Ratio est, quia promoveretur ante tempus, ut patet superius, in ver. dimissoria, §. 4. Sixtus V. in sua Bulla circa ordines; tamen quia Gregor. XIV. revocavit eam, & redexit illam ad terminos juris communis, & nec per sac. Con. Trident. nec per jus commune quis est suspensus, si ordinetur non servatis interstitiis, nec si minister efficeretur irregularis, Navar. conf. 4. de temp. ordin. & ideo cessat dicta doctrina, quod notare debeat locorum Ordinarii, ne sint nimium indulgentes in conferendis his ordinibus simul, sed imitari sanctos Patres,*

qui experiebantur Clericos, primo, dando primum gradum, & postea dabatur alium, & memini Reverend. Archiepiscopum Compzanum dixisse mihi, Pappan Grego. XIII. noluisse secum dispensare, nisi ad duos minores ordines una die, ad reliquos in sequenti, quamvis ille tunc promotus esset ad Archiepiscopatum. Tertium, præterea Concil. requirit quatuor requisita in ordinibus. Primum, ut serviant Ecclesiæ. Secundum, reverentiam erga superiores, & presbyteros, Hostiens. in sum. tit. de tempor. ordin. §. & qualiter, num. 2. Tertium, crebriorem communionem, quàm antea. Quartum, bonorum morum exemplum, quæ omnia reperiuntur in sac. Scriptura, Matth. cap. 5. & Paul. ad Tim. capit. 2. & in capitul. non oportet. §. primo. 93. distinct. & in cap. 177. distinct. & in ca. tales, 23. dist. recordentur etiam, quòd Christus Dominus noster non simul usus fuit istis quatuor ordinibus minoribus, sed distinctis temporibus, ut habetur ex Magistro Sent. in 4. dist. 24. videant Bullam Sixti V. de hac materia quæ satis urget.

Primum dubium, an quis possit sumere primam tonsuram, & quatuor minores, animo non ascendendi ad altiores gradus. Respondetur affirmativè, Navar. cap. 25. n. 108. ad Cone. respondetur, quod intelligitur, quando fieret in fraude vitandi iudicii secularis, secus si velit quis servire Deo, contentus isto statu minorum ordinum.

Secundum dubium, an quis præsumendus sit hoc facere in fraudem, vel causa humilitatis, ut D. Franciscus de Assisio, & alter de Paula; responderetur

quod cum verberetur in dubio, optimum est cons. Navar. in tract. de Hor. Canon. c. 7. num. 16. ut ad primam tonsuram & ad minores ordines non admittantur aliqui, nisi ipsi, vel si ipsi non sunt adulti, eorum parentes juraverint, se velle ad majores ordines ascendere: nam multi sunt, qui ut deludant utrumque forum, solum accipiunt minores ordines, vel primam tonsuram, ut laxiorem ducant vitam, vide Covar. pract. quest. cap. 31. per quinque column. & capit. 32. sed ad hoc providit Sac. Conc. sess. 23. cap. 6. de refor. & dictum est in vers. Clericus, & vide Catech. his. Roma. de Sacram. ordin. & an possint compelli per Episcopum Clerici ad sumendos alios ordines, vide in 3. p. in ver. Ordo, & Hostiens. in Sum. tit. de etate & qual. §. ordo, vers. circa hoc queritur. Quarto, requiritur idoneitas literarum, ut saltem intelligant linguam Latinam, Conc. eod. lo. in princip. c. 1. & hoc non potest esse, nisi fecerint dictata, seu Latinas compositiones per omnes regulas Grammaticales, & audierint aliquot lectiones humanitatis, quia tunc intelligitur lingua Latina aliquantulum, & notandum est verbum saltem ostendens, quod plus requireretur, & qui linguam Latinam ignorant, sunt irregulares, & Navar. cap. 27. num. 105. notab. primo in fine, & si quis promotus esset ad ultimum gradum ordinum minorum, non potest nisi post annum accipere Subdiaconatum, nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas iudicio Episcopi aliud exposcat, quo fit, ut si quis promoveretur ante dictum tempus sine Episcopi sui dispensatione, esset

esset suspensus ab executione, prout dixi *sup.* vide *ead. sess. c. 2. in ult.* contrarium est verius. Navar. *conf. 4. de temp. ord. prout dixi supra*, quia licet Sixtus V. aliter sentisset, tamen Greg. XIV. revocavit. Et quamvis dicatur utilitas siue necessitas Ecclesie, vide *in 3. p. in ver. utilitas, siue necessitas Ecclesia*, & Host. *in Sum. tit. de arate & qual. d. ordo, ver. circa hoc querit.*

Tertium dubium, an prima tonsura, minoresque ordines possint conferri clerico conjugato, vide Anchar. *in c. cum nullus, nu. 3. de arate & qual. lib. 6. & gl. in c. conjugatus, in ver. ad sacros, de convers. conjugat.* ubi videtur, quod non, nec beneficia retinere, *c. diversis facultatis, de clerico. conjug.*

Ad ordines sacros promovendi, primo ultra aetatem, ut *supra*, requiritur examen sufficiens circa literas; patet hoc *dicta sess. cap. 12. in ver. dignos dumtaxat. & c. 14.* dicit diligenti examine precedente, *& c. 13. ibidem*, vult ut instructi sint literis, & his quae pertinent ad exercendum ordinem, i. ut sciant quam pertineant ad illum, quem volunt suscipere, & ista idoneitas literarum est adeo necessaria, & de jure divino, quod Papa non potest dispensare in eo, ut dicit Felin. *in c. si quando, col. penult. vers. sed dices, de reser. pr.* Gom. *in cap. 1. num. 113. de Constitut. libro 6.* Navar. *cap. 27. nu. 105. notab. 2.* dicit Papam raro, aut nunquam in hoc defectu dispensare directe, nec minus potest Episcopus, Selva *tract. de benef. 4. par. 9. 7. num. 8. vers. 28. & fin. de temp. ordin. lib. 6. c. alliteratos, 99. distinct.* Diaz *pract. Crim. Can. c. 18.* Soto

4. Sent. distinct. 25. q. 1. ar. 4. concl. 3. Affert *lib. 1. tit. 3.* & ad summum in presbyterio requiritur & sufficit, ut sciat cantare, legere, construere, & intelligere verba illius idiomatis in quo est missaturus; *gloss. in Clem. 1. de concess. prab. Gem. in c. pauper. de pralib. 6.* Navar. *in c. 1. §. caverat, num. 19. de pæn. distinct. 6. sed Con. Trid. sess. 22. c. 14. de reser.* plus requirit, nempe circa sacramenta ministranda, & ad alios docendum. Et ratio est, quia in promovendo ultra aetatem requiruntur scientia, & mores, scientia ad docendum, aetas ad gubernandum, mores ad instruendum, Gem. *in c. licet Canon. notab. 3. de elect. lib. 6.*

Ad quartum, requiritur bonum testimonium, & sic sumitur informatio à Parocho cum commissione sui Ordinaris, factis publicationibus in Ecclesia Parochiali, quae transmittitur ad Episcopum, ut *in eadem sess. cap. 5.* & ista informatio capitur; Primo, de natalibus si est legitimus. Secundo, de aetate. Tertio, de moribus, ut si habeat aliquem defectum Canon. de quo vide *in tit. de corp. vii.* Quarto, de tit. si habet beneficium, seu pensionem, seu patrimonium, siue emolumentum, seu redditum in Ecclesia receptiva, prout dixi *superius in versiculo, dimissoria.* Quinto, debet eis imponi, ut interserviant Ecclesiis, quibus ascribentur, & licet sacra Congreg. *declar. 139.* censuit neminem teneri deservire Ecclesiae, in qua non habet Beneficium, & Abb. *in cap. auctoritate, numero 3. de instruat.* posset intelligi, quando Ecclesiae non fuerint adscripti, vel assidue, vel sufficiat saltem diebus festis, & Domi-

icis, *argum. c. 14. ead. sess.* ubi curare debent Episcopi, ut promoti ad ordinem presbyteratus faciant sacrum saltem diebus festis solennibus. Sextò, prædicere eisdem dicere maximè si saltem cum assistunt altari Dominicis & solennibus diebus, sacram communionem percipiant. Septimò, sumpto uno ordine sacro, non potest alter accipi nisi expleto anno, vel cum dispensatione Episcopi, & si secus, est suspensus, ut supra. Hic oritur dubium, ubi trepidare vidi quemdam Reverendissimum Episcopum, cui ipse scripsi de hoc, dicit Conc. non debere assumi ad ordinem Presbyteratus aliquem, nisi ad minus annum integram versatus fuerit in Diaconatu; ponamus quòd hoc Sabbatum quatuor temporum quadragesimæ veniat die decima Martii, & anno futuro die quintadecima Februarii, hic non est annus integer; ergo iste, qui vult promoveri, debet habere dispensationem sui Prælati, ut infra annum possit promoveri, vel expectare usque ad Sabbatum sanctum, sive ad Sitientes. Respondetur primò, annum non numerari Solarem, prout Plato in *Tymæo*, *column. 13.* sed annum ecclesiasticum, qui computatur ordine Lunari, ut patet *l. prima, §. hoc interdictum ff. de aqua quot. Castus. Gom. in cap. cum multis, numero 80. de rescript. libro 6.* Et ratio est, quia annus numeratur multis modis, sicut dies apud diversas mundi Nationes & Provincias, ut notat Covar. *libro 1. cap. 12. var. resol. Tiraquell. de utroque retract. tit. 2. §. gloss. 10. à numero 1.* & per multa Archid. Io. Andr. & Gemin. *in cap. si pro-*

pter, de rescript. libro 6. & sic sufficit à quatuor tempora anni præsentis, quia dicitur annus integer ecclesiasticus. Fallit, si promovendus non haberet ætatem, nam tunc non sufficeret annus Lunaris, sed requiritur Solaris, *arg. c. licet Canon, de elect. libro 6. c. commissus, ibidem. Staph. de lic. grat. fol. 128. numero 2.* vide præterea rationale divinorum off. *libro 7. capit. 7.* ubi habetur, annum Lunarem computari spatio duodecim Lunationum; Faciunt quæ notat Covar. *lib. 3. cap. 4. in princip.* ubi dicit, dictiones debere intelligi secundum usum magis communem provinciarum, & sensum magis vulgarem, sed annus ita intelligitur in partibus nostris. Facit quod dicit Anch. *in c. si. propter, numero 6.* ubi dicit, quis dicatur annus vulgaris, vide *cap. quæsiuit, §. festum, & ibi gloss. & Abb. numero 4. de verb. signif. & in c. maiores, numero 4. de baptismo, & Sozomenum in histor. tripar. libro 9. capit. 39.* Accedit novissimè Illustriss. Cardinalis Cæsar Baronius *in observatione Martyrologii in ver. Luna,* ubi declarat, quare potius Ecclesia utatur anno Lunari, quàm Solari festivitibus; vide Bedam *de temp. rat. ca. 21.* vide Gemin. *in c. si propter, vers. quæro qualiter, de rescript. libro 6,* ubi vocat hunc annum, annum ceremoniam, & iste est qui incipit in festo, & finitur alio festo, & iste est apud omnes gentes, *sap. 1. de consec. dist. 1.* Aliud dubium, an possit quis promoveri ad ordines sacros ad titulum Ecclesiæ receptivæ; vide superius *in ver. dimissoria, §. ad quintum, vers. hic est dubium.* Aliud dubium, an Episcopus possit dispen-

penla-

pensare, cum clerico illegitimo ad quatuor minores ordines, & ad beneficia simplicia? Responderetur posse, *c. 1. de fil. presbyter. lib. 6. Et ibi gloss. in ver. beneficium. Navar. cap. 25. nu. 69. Et cap. 27. num. 201.* ubi dicit, quod solum ad unum simplex beneficium potest Episcopus dispensare; Soto 4. *Sent. dist. 25. quest. 1. art. 3. col. 2.* sed potest habere pensionem a bique dispensatione Episcopi, & Papæ, *Gom. q. 21. de ann. possess.* sed non in titulum, hæc in beneficiis, quæ patres eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, nec beneficium in Ecclesiis, ubi eorum patres habent, vel habuerunt, nec etiam dissimile, nec in illis Ecclesiis ministrare, *Conc. Trid. sess. 25. c. 19. de refor. ad ordines sacros solum Papa dispensat, Doct. loc. cit. similiter ad Commendam, Gom. q. 5. de mien. possess. col. 13. in princ. sacerdotii probatio non sufficit, nisi etiam de aliis ordinibus doceatur, Boer decis. 171. nu. 14.* sed vide *in ver. Bulla, Et in ver. dimissoria.*

Ad quintum responderetur quod non, nec de jure communi, nec per sac. *Conc. Trident. Navar. cons. 4. de temp. ordin.* sed ego dicerem quod peccat saltem, *Nav. cons. 6. eod. tit.* nec urget Bulla Sixti V. quia fuit revocata, sed potest poni alia pœna, vel suspensio ab Episcopo.

Ad sextum responderetur quod sic, licet peccet, *Navar. cons. 6. de corp. vitiat.*

Ad septimum responderetur quod non, & ista est magis communis. *Sor. 4. Sent. d. 24. quest. 1. art. 2. Navar. cons. 3. de sacr. non 18er.*

OECONOMUS.

PRIMO, quando provideri debet in Parochiali vacante, vide *in ver. Parochia. §. 2.* Et quis dicatur œconomus, dicit quod ille, cui res Ecclesiæ gubernanda mandatur, *l. iubemus, C. de sacros. Eccl. Glof. in c. araritia, in ver. œconomus, de elect. lib. 6.*

Secundo, quando in beneficio juris patronatus, vide *in ver. jus patronatus, §. 5. c. cum vos, de offi. ordin.*

Tertio, ubi, & quando Episcopus ponit œconomum, vide *in ver. beneficium, §. 3. consil. 5.*

Quarto, quando possit eum ponere Capitulum, vide *Rebuff. ut. de devolut. nu. 80.*

Quinto, quanto tempore duret œconomia, vide *gl. in c. nemo de election. lib. 6. in ver. durante. Navar. cap. 25. num. 126.* ubi habet, quod solum per sex menses, sed *Rebuff. loc. cit. num. 77.* dicit, quod etiam ultra poterit durare, si de beneficio non fuerit provisum, ut quia adhuc vacat sedes Episcopalis, vel non sopitur lis, vel quid simile.

Sexto, an iste œconomus faciat fructus suos, *Gloss. cit. dicit quod sic, sac Conc. Trid. locis cit. ponit hoc in arbitrium Ordinarii, sed cum hodie omnes fructus tempore vacationis beneficii sint Reverendæ camerae Apostolicæ, ut dictum est in *verfi. beneficium, §. 7.* tantum fructuum vacantis beneficii tribuitur œconomus, quantum arbitrabitur Reverendis. Nuntius Apostolicus pro servitio ita quod videtur satis arctata pote-*